

dere ut communis tenet opinio. Secundum,  
q̄ licet Episcopus possit dispensare cum con-  
jugatis, qui post matrimonium contractum  
consensu utriusq; cōtinentiam promisserūt,  
ut scilicet possint petere debitum: non tamē  
Fratres Mendicantes possunt dispensare in  
hoc casu. Quia facultas hęc pro illis tantum  
imperata fuit qui ante matrimonium con-  
tractum votum simplex castitatis emisserūt:  
non tamen pro illis qui post contractum ma-  
trimonium votum continentię fecerunt, pro  
ut etiam ānotauit in Summa. i. Tom. cap. 238.  
conclus. 14. pag. 680. Sed salvo semper me-  
liori iudicio, ego credo Fratres Mendicantes,  
confessarios habentes auctoritatem à suis su-  
perioribus Provincialibus posse dispensare  
in eiusmodi votis quomodocunq; Episcopo  
reservatis. Ex concessione Eugenij. 4. &  
Martini. 5. Fratribus Benedictinis facta pro  
ut h̄f. in Cōpen. ver. Absolu. quoad secul. 2.  
§. 16. Et doctissimus Nauarro in Enchiri-  
dione, cap. 12. num. 79. refert concessionem  
nobis factam ab Innocentio. 8. [qua etiam  
gaudent Fratres Pr̄dicatores, & qui privile-  
giorum nostri Ordinis sunt participes] &  
habetur in Compendio ver. Absolutio quo

ad